

Alexius Belousov Mosquensis

De defixionum tabellis in Olbia Pontica repertis

[Stable URL: <http://elar.uniylar.ac.ru/jspui/handle/123456789/3400>]

[Публикация работы:]

Belousov A. 2012: De defixionum tabellis in Olbia Pontica repertis // Аристей: Вестник классической филологии и античной истории. 5, 11-20.



НАУЧНО-ОБРАЗОВАТЕЛЬНЫЙ ЦЕНТР
АНТИКОВЕДЕНИЯ
ЯРОСЛАВСКОГО ГОСУДАРСТВЕННОГО
УНИВЕРСИТЕТА
ИМ. П.Г. ДЕМИДОВА ЯРОСЛАВЛЬ, РОССИЯ

THE SCIENTIFIC & EDUCATIONAL
CENTRE FOR CLASSICAL STUDIES
AT YAROSLAVL DEMIDOV STATE UNIVERSITY
YAROSLAVL, RUSSIA

DAS WISSENSCHAFTLICHEN FORSCHUNGS- UND
STUDIENZENTRUM FÜR DIE GESCHICHTE,
KULTUR UND RECHT DER ANTIKE
DER STAATLICHEN DEMIDOW-UNIVERSITÄT JAROSLAWL
YAROSLAWL, RUSSLAND



РОССИЙСКАЯ АССОЦИАЦИЯ АНТИКОВЕДОВ
RUSSIAN SOCIETY OF CLASSICAL STUDIES



НАУЧНО-ИССЛЕДОВАТЕЛЬСКИЙ И ОБРАЗОВАТЕЛЬНЫЙ ФОНД
«ЦЕНТР ИЗУЧЕНИЯ РИМСКОГО ПРАВА»
ЯРОСЛАВСКИЙ ФИЛИАЛ
THE RESEARCH AND EDUCATIONAL FOUNDATION
“THE CENTRE FOR ROMAN LAW STUDIES”
YAROSLAVL BRANCH



ЯРОСЛАВСКИЙ ГОСУДАРСТВЕННЫЙ УНИВЕРСИТЕТ
ИМ. П.Г. ДЕМИДОВА
YAROSLAVL DEMIDOV STATE UNIVERSITY

Alexius Belousov Mosquensis

DE DEFIXIONUM TABELLIS IN OLBIA PONTICA REPERTIS

Hic, lector carissime, breui in conspectu tibi de difficultatibus hodiernis magiae antiquae inuestigandae dicam quae ante quemque stant qui Graecorum religionum historiae orae septentrionalis Ponti Euxini studet.

Saeculo XIX exeunte in magicorum titulorum studiis¹ nouum aeuum incipit, hoc enim tempore prima defixionum tabellarum corpora in lucem prodeunt. Ricardus Wuensch notissimum suum Corporis inscriptionum Atticarum appendicem, qui Defixionum tabellae (Berolini, 1897) inscribitur, cum CCXX deuotionibus edidit. postea MDCCCCIV anno philologus Francogallicus Augustus Audollent Defixionum tabellas quotquot innotuerunt tam in Graecis orientis quam in totius occidentis partibus praeter Atticas in Corpore Inscriptionum Atticarum editas

¹ Historia artium magicarum, quarum uestigia in monumentis antiquis epigraphicis inueniri possunt in MDCCCXIII anno incipit cum G.D. Åkerblad tres deuotiones Atticas edidit in libro qui Iscrizione greca sopra una lamina di piombo trovata in un sepolcro nelle vicinanze di Atene (Roma, 1813) inscribitur. XL annos post in MDCCCLIV Franciscus Lenormant nonnullas Alexandrinas deuotiones in lucem prodidit in commentatione De tabulis devotionis plumbeis Alexandrinis (RhM. NF. 1854. IX). in MDCCCLXVIII anno Carolus Wachsmuth titulos magicos in Corcyra repertos et alias defixionum tabellas in commentatione Inschriften aus Korkyra (RhM. NF. XVIII) edidit. porro sequitur liber A History of Discoveries of Halicarnassus, Cnidus and Branchidae (Vol. 1-2. London, 1963) ab C. T. Newton illo scriptus ubi inter alias inscriptiones etiam XIII deuotiones sunt prope Cereris templum in Cnido situm inuentae editae. anno MDCCCLXXIII philologus Rossicus Ioannes Basilii f. Pomialovskij in notis eius Studiis epigraphicis («Эпиграфические этюды») non tantum uarias inscriptiones magicas graece latineque scriptas cum enarrationibus suis edidit sed etiam de formulis deuotionis latissime disputauit. ille uir doctus breui in conspectu defixionum tabellas disseruit atque inter se comparauit. insuper Ioannes Pomialovskij unus illorum fuit qui artibus magicis in Christianorum aetate remanentibus studere conabantur.

(Luteciae Parisiorum, 1904) in lucem protulit, ubi CCCV tituli (CLXVIII graeci et LXXIX latini) collecti sunt.

Ab hoc tempore usque ad hodie, cum numerus tabellarum repertarum ualde auctus sit, nouum ullum corpus defixionum earum non habemus. nihilominus nouae tabellae ut et aliae inscriptiones magicae sine intermissione in uariis libris et commentariis grammaticorum edebantur. conspectus horum titulorum in commentationibus a D.R. Jordano scriptis aequae et collectionem deuotionum in linguam Anglicam a J.G. Gager uersarum uidere potes². insuper magni momenti sunt etiam de magia ueterum libri nuperrime editi³ et nonnulla amuletorum corpora⁴.

Praecepta deuotionum faciendarum in papyris magicis reperiri possunt⁵ et defixionum tabellas et papyros magicas inter se nexas iugatasque esse tamquam unius artis magicae antiquae partes satis apparet. multae inscriptiones magicae ex libris praeceptorum deuotionum pendent et eundem cum papyris illis fontem habent. qua de causa in defixionum tabellis atque aliis titulis magicis tractandis papyri magicae magna cum attentione adhibendae sunt⁶.

A tempore quo primae inscriptiones ad magiam deuotariam pertinentes repertae sunt usque ad hodie plus quam LXX tituli in Berezan, Olbia, Chersoneso et Bosporo effossi sunt. cum nunc omnia haec monumenta magica in permultis uariisue et saepe iam raris scriptis periodicis dispersa sint hi fontes uniuersi perdifficiles sunt contemplatu historiam cultuum et magiae in ora septentrionali Ponti Euxini inuestiganti. tabellarum defixionum copia atque uarietas sententiarum, quae ibi inueniri potest, iam dudum editione coninenti has omnes inscriptiones in oppidis graecis Ponti septentrionali repertas, eget. nobis nunc propositum est ut haec omnia monumenta uno corpore ad hoc tempus apte composito colligeremus. perfectam atque absolutam harum inscriptionum expositionem et explicationem litteraturae (i.e. formarum et ductus litterarum), linguae et prosopographiae atque comparisonem similium antiquorum fontium et papyrorum magicarum accuratissime facere oportet. iis qui philologiae classicae ac arhaeologiae atque religionum historiae student hoc corpus maxime necessarium nunc apparet.

Primae huius modi inscriptiones in ora septentrionali Euxini Ponto saeculo XIX exeunte effossae et editae sunt. illo tempore hoc genus titulorum antiquorum uiris doctis prope nouum erat, res ergo ipsa postulabat ut haec monumenta diligentissime ederentur. nihilominus iam MCMXVIII anno Eugenii G. f. Kagaroui dissertatio

² Jordan 1985 et Jordan 2000; Gager 1992.

³ Faraone et Obbink (Edd.) 1991; Graf 1997; Brodersen et Kropp 2004; Otto 2011; Versnel 2009.

⁴ Bonner 1950; Delatte et Derchain 1964 et Kotansky 1994.

⁵ Vide e.g.: PGM II, 163, 170; V, 321–331; VII, 450 etc.

⁶ Preisendanz et Henrichs (Edd.) 1973–1974; Daniel et Maltomini 1992; Brashear 1995: 3380–3684; Muñoz Delgado 2001.

De defixionum tabellis Graecorum⁷ Charcouiae edita est, quae etiam corpora a Ricardo Wuensch et Augusto Audollent composita et papyros magicas q.d. atque I. Pomialovskii studia respexit. postea MCMXXIX anno E. Kagarov dissertationem suam et Germanice edidit. hic uiri docti Rossici liber adhuc inuestigationum linguae et formularum deuototarum fundamentum praebet⁸. in Vnione Souietica studia religionum cum nouae tum antiquae prope interdicta sunt, sed a septimo decennio saeculi praeteriti nouae inscriptiones huius generis Olbiopolitanae et Bosporanae a Georgio H.f. Vinogradovo, Anna S.f. Rusiaieva, Valerio P.f. Iailenko et Sergio R.f. Tochtasievo edebantur. tamen est ut praeter Valerium Iailenko⁹ omnes hos doctos papyrologiam magicam neglexisse atque propria linguae graecae magicae, qua in his titulis ueteres in ora Ponti Euxini septentrionali uti solebant, ne breui generalique in conspectu posuisse. Paulum meliore loco praecipue in Georgii Vinogradovi et Sergii Tochtasievi commentationibus sunt res ad prosopographiam harum inscriptionum pertinentes sed tamen usque ad hodie accuratam et absolutissimam litteraturae titulorum Ponti septentrionalis in plumbeis tabellis insculptorum explicationem non habemus.

Hodie, paene centum annis post Kagarovi librum editum, tabellarum defixionum in Olbia repertarum numerus multo auctus est. nunc plus quam XXX inscriptiones magicas Olbiopolitanas editas habemus ex quibus XX defixionum tabellae¹⁰, duae

⁷ Кaгaров 1918.

⁸ Kagarov 1929.

⁹ Яйленко 2005.

¹⁰ Vide: OAM 44309: Шкорпил 1908: 69–70, Яйленко 1980a: 86–87, tab. VIII. 1, fig. 2, SEG XXX: 930; Robert 1982: № 236, Jordan 1985: № 171; Dubois 1996: № 101, Avram 2007: 385, № 1; Дложевский 1930, Kocévalov 1948: 263; Dubois 1996: № 104, Avram 2007: 386, № 4; Русяева, Белецкий 1984: 56–57, fig. 5–7, SEG XXXIV: 770; Тохтасьев 2002: 78; № O–72/252: Русяева 1979: 119, Lebedev 1996: 286–278, Vinogradov, Rusjaeva 1998: 153–164, Dubois 1996: № 97, Тохтасьев 1996 (cf.: Тохтасьев 1999: 190–192 et Тохтасьев 2002: 78, 80–83); Русяева 1971, Русяева 1979: 46, fig. 27, № 4, Ehrhardt 1983: 169, Виноградов 1989: 130, Lebedev 1996: 279–280, Vinogradov, Rusjaeva 1998: 161–164; Сыручан, Латышев 1894: № 29, Wünsch 1900: 236. № 4, Audollent 1904: 141. № 88, Диль 1915: 53. № 3. Fig. 10, Dubois 1996: № 103, Avram 2007: 385, № 3; Vinogradov 1994: 108–111, Dubois 1996: № 102, Avram 2007: 385, № 2; Русяева 1979: 118–119, Lebedev 1996: 286–278, Vinogradov, Rusjaeva 1998: 153–164, Dubois L. // Bulletin épigraphique. 1999: № 390; Диль 1915: 40–43, Толстой 1953: 45–46, № 63, Dubois 1996: № 105, Avram 2007: 386, № 5; Vinogradov 1994: 103–108, Dubois 1996: № 106, Тохтасьев 1999: 192, Jordan 2000: № 116, Avram 2007: 386, № 6; Тохтасьев 2000: 308–311, fig. 2.1, SEG L: 702, Jordan 2000: № 120, Avram 2007: 386, № 9, Caloru 2011: 135–136; Тохтасьев 2000: 311–315. Fig. 2.2, Jordan: 2000, № 121, Avram 2007: 386, № 10; Тохтасьев 2002: 72–98; Тохтасьев 2000: 299–308, fig. 1.2, Jordan: 2000, № 119, Avram 2007: 386, № 8; Тохтасьев 2007 (=Tokhtas'ev 2009); Сыручан, Латышев 1894: 15, № 28, tab. V, Wünsch 1900: 235, Audollent 1904: № 89; Диль 1915: 52, № 2, Vinogradov 1994: 105, № 5, Dubois 1996: № 107, Avram 2007: 386, № 11; Diehl 1923: 225–227, Thomsen 1924: 1151–1152, Pfister

φυλακτήρια¹¹ q.d. et IX in uasorum fragmentis cum imaginibus factae¹² sunt. interest XIV inscriptiones in plumbeis tabellis atque XX in uasorum fragmentis insculptas esse.

Communi quidem sententia omnes defixionum tabellae Olbiopolitanae tabellae iudicariae sunt et in inimicos conscriptae. Hae tabellae nomina tantum in casibus nominatio uel accusatio habent. si nomen uiri defigendi in casu accusatio est uerbum deuotorium (καταδέω, exempli gratia), cum non appareat, intellegendum est. ne quidem illius formulae deuotoriae breuitatem mireris, nam huius modi formulae defigendi etiam ex defixionum tabellis Atticis notae sunt.

Ad historiam religionum cum ueterum tum hodiernarum inuestigandam magni momenti est id quod est maximum proprium linguae magicae scire, non est enim lingua magica lingua quaedam descriptionis uel narrationis, cuius sententiae per ueritatis falsique scalam examinari possint. est lingua magica delectus sententiarum agentium (quas noui dicunt pervormative anglice). harum sententiarum non est describere quae uidemus aut audimus aut cogitamus sed perficere. lingua magica et acta magica unum est nam in praxi magica dicere (aut scribere) et agere idem est¹³. hunc intuitum linguae magicae in fundamentis omnium peruestigationum magiae cultuumque ponendum esse arbitramur. hunc linguae magicae sensum etiam uoces magicae¹⁴ testantur quibus magi antiqui planissime utebantur. harum uocum inuestigatio eum qui eas cognoscere conatur in mare uocabulorum ex linguis orientalibus depromptorum et eorum re-interpretationum mergit in usu magico. nihilominus haec “abracadabra” q.d. non ullam conuenientiam rerum descriptura est. huius linguae est quasdam uires supranaturales excitare. altera linguae magicae proprietas in hoc esse eam linguam sui generis substantiam sensibilem et ordinem,

1925: 381, SEG III: 595, Dubois 1996: № 108, Avram 2007: 387, № 12; Шкорпил 1908: 71–72, Vinogradov 1971: 79, Jordan: 1985, № 172, Bravo 1987: 185–218, Dubois 1996: № 109, Jordan 1997: 212–217, Slings 1998: 84–85, SEG XXXVII: 673, Avram 2007: 387, № 13; Шкорпил 1908: 70–71, Dubois 1996: № 110, Avram 2007: 387, № 15; Héron de Villefosse 1905: 312–313, Jordan 1985: № 175, Avram 2007: 387, № 14. Nescio an referri ad defixionum tabellas possit incriptio: Тохтасьев 2000: 296–299, fig. 1.1, Jordan 2000: № 118.

¹¹ ГМИ 42706/7: Vinogradov, Rusjaeva 1998: 157, SEG XLVIII: 1016, Dubois // Bulletin épigraphique. 1999: № 390, Тохтасьев 2002: 80. Cf. amuletum in Berezan effossum: Яйленко 1980: 91, № 21. Fortasse ad φυλακτήρια etiam aufferri possunt №№ ИИМК О–59/1267–1269: Vinogradov, Rusjaeva 1998: 157, tab. X, 3 b-d, SEG XLVIII: 1017, Тохтасьев 2002: 80–81.

¹² Русяева 1979: 118–119, Lebedev 1996: 286–278, Vinogradov, Rusjaeva 1998: 153–164, Dubois L. // Bulletin épigraphique. 1999: № 390; № О–72/252: Русяева 1979: 119, Lebedev 1996: 286–278, Vinogradov, Rusjaeva 1998: 153–164, Dubois 1996: № 97, Тохтасьев 1996 (cf.: Тохтасьев 1999: 190–192 et Тохтасьев 2002: 78, 80–83); Русяева, Белецкий 1984: 56–57, fig. 5–7, Тохтасьев 2002: 78, tria exemplaria; Русяева 1992: 163. Рис. 7–9, Тохтасьев. 2002: 78–79 tria exemplaria et hic: Толстой 1953: № 64, Тохтасьев 2002: 79.

¹³ Tambiah 1968.

¹⁴ Brashear 1995: 3576–3603.

cuius uiolatio rerum naturam mutare potest. haec uidetur causa esse qua re in multis tabellis magicis litterae praecipue in nominibus hominum defigendorum nec non uocabula confundantur et misceantur. litterarum ordinis uiolatio hoc casu ad destructionem personae hominis uiribus infernalibus tradendi perducit¹⁵.

Insuper quod inscriptiones magicae Olbiopolitanae fons pretiosissimus religionum historiae Ponti Euxini est, etiam fons nominum i.e. prosopographiae esse possunt. hi tituli praeter noua prius ignota nomina graeca atque nomina barbarica habent.

Valde mirandum mihi uidetur magiam antiquam incolarum Graecorum orae septentrionalis Ponti Euxini numquam usque ad hoc tempus attentionem praecipuam uirorum doctorum meritam esse. nam monumentorum magicorum mentionem faciunt aut fontes magiae in ora Ponti Euxini repertos dicunt sed numquam tamen magia Ponti Euxini praecipue argumentum inuestigationis facta est. inde usque repetens desino corpus inscriptionum magicarum orae septentrionalis Ponti Euxini fundamentum inuestigationum usuum magorum Ponti fieri potest. quae inuestigationes multas partes horum usuum magicorum nos adiuuare in historia publica ac priuata expoloranda possunt. exempli gratia id quod multae defixionum non in plumbo sed in uasorum fragmentis insculptae sunt aut pro minore plumbi diuulgatione hoc loco aut pro aliis causis inueniendis testimonium esse potest¹⁶. tabellae autem iudicatoriae fons certaminum publicorum pretiosus esse solent.

Hac ratione imagia pontica sine absolutissimo corpore omnium titulorum magicorum hic repertorum iam editorum uel adhuc ineditorum inuestigari non posse affirmare audeo. porro necesse est litteraturam, formulas et prosopographiam omnium harum inscriptionum in unum locum collegi. sine hoc plennissimam inuestigationem magiae in ora septentrionali Ponti Euxini actae facere non poterimus.

О МАГИЧЕСКИХ НАДПИСЯХ ОЛЬВИИ

А.В. Белоусов

В статье рассказывается об истории и современном состоянии изучения магической эпиграфики Северного Причерноморья в целом и Ольвии в частности. Самой насущной проблемой для исследования магии в античном Северном Причерноморье является отсутствие единого корпуса всех магических надписей региона, ведь только на основе полного свода всех памятников такого рода возможны исторические разыскания в области религиозной истории Северного Понта.

¹⁵ Kagarow 1929.

¹⁶ Quaestio de defixionibus in uasorum fragmentis insculptis a S. R.f. Tochtasieuo disseritur: Tochtasiev 2002: 74 sqq.

Ключевые слова: античная магия, греческая религия, заклятия, амулеты, defixionum tabellae, Северное Причерноморье, Ольвия

Keywords: ancient magic, ancient greek religion, defixions, amulets, defixionum tabellae, Black Sea region, Olbia Pontica

BIBLIOGRAPHIA

- Виноградов Ю.Г.* 1989: Политическая история Ольвийского полиса. М.
- Виноградов Ю.Г.* 1998: Позднеантичный Боспор и ранняя Византия // ВДИ. 1. 1998.
- Диль Э.* 1915: Ольвийская чаша с наговором // ИАК. 58. 1915. С. 40–56.
- Диль Э.* 1918: Памятники древнегреческой народной магии // ИАК. 65. 1918. С. 79–86.
- Емец И.А.* 1994: Магические надписи античного времени из Северного Причерноморья // Древности. 12. 1994.
- Емец И.А.* 1995: Граффити и дипинти как источник по сакральным представлениям населения Боспора // ЭВ. 3. 1995.
- Емец И.А., Диатроптов П.Д.* 1995: Корпус христианских надписей Боспора // ЭВ. 2. 1995.
- Помяловский И.В.* 1873: Эпиграфические этюды. СПб.
- Придик Е.М.* 1899: Греческие заклятия и амулеты из южной России // ЖМНП. Дек. 1899. С. 115–124.
- Розанова Н.П.* 1968: Золотые перстни с геммами и греческими надписями из Пантикапея и Фанагории // Сообщения ГМИИ. 4. 1968.
- Русяева А.С.* 1971: Культ Коры-Персефоны в Ольвии // Археология. Киев, 1971. № 4. С. 28–40.
- Русяева А.С.* 1979: Земледельческие культы Ольвии. Киев.
- Русяева А.С.* 1992: Религия и культы античной Ольвии. Киев.
- Русяева А.С.* 2010: Граффити Ольвии Понтийской. Симферополь.
- Сапрыкин С.Ю., Зинько В.Н.* 2003: Defixio из Пантикапея // ДБ. 6. 2003. С. 266–275.
- Сапрыкин С.Ю., Масленников А.А.* 2007: Свинцовая пластина с греческой надписью из Фанагории // ВДИ. 2007. 4. С. 50–61.
- Соломоник Э.И.* 1978: Граффити античного Херсонеса. Киев.
- Соломоник Э.И.* 1984: Граффити с хоры Херсонеса. Киев.
- Стефани Л.* 1854: Древности Босфора Киммерийского. Т. 2. СПб.
- Суручан И., Латышев В.В.* 1894: Inscriptiones Graecae et Latinae, nouissimis annis (1889–1894) museo Surutschaniano inlatae. Petropoli.
- Толстой И.И.* 1953: Греческие граффити древних городов Северного Причерноморья. М.; Л.
- Тохтасьев С.Р.* 1996: Магическое граффито из Ольвии // Hyperboreus. 2. 1996. 2. С. 183–188.

- Тохтасьев С.Р.* 1997: К изданию каталога керамических клейм Херсонеса Таврического // *Hyperboreus*. V. 2. 1997.
- Тохтасьев С.Р.* 1999: [Рец.] Dubois L. Inscriptions grecques dialectales D'Olbia du Pont. Genève, 1996 // *Hyperboreus*. 5. 1999. 1.
- Тохтасьев С.Р.* 2000: Новые Tabellae defixionum из Ольвии // *Hyperboreus*. Vol. 6. Fasc. 2. 2000. С. 296–316.
- Тохтасьев С.Р.* 2002: Остракон с поселения Козырка XII Ольвийской хоры // *Hyperboreus*. Vol. 8. 2002. Fasc. 1. С. 72–98.
- Тохтасьев С.Р.* 2007: Из ономастики Северного Причерноморья. XIX: Малоазийские имена на Боспоре (V–IV вв. до н. э.) // ВДИ. 2007. 1. С. 170–208.
- Тохтасьев С.Р.* 2007а: Новое заклятие на свинце из Северного Причерноморья // ВДИ. 2007. 4. С. 48–49.
- Шкорпил В.В.* 1908: Три свинцовые пластинки с надписями из Ольвии // ИАК. 27. 1908. С. 68–74.
- Яйленко В.П.* 1980: Граффити Левки, Березани и Ольвии // ВДИ. 1980. 2. С. 72–99.
- Яйленко В.П.* 1980а: Граффити Левки, Березани и Ольвии // ВДИ. 1980. 3. С. 75–116.
- Яйленко В.П.* 1988: Греко-египетский амулет-заговор из окрестностей Анапы // Этнолингвистика текста. Семиотика малых форм фольклора. 1. Тезисы и предварительные материалы к симпозиуму. М.
- Яйленко В.П.* 2005: Магические надписи Боспора // Древности Боспора. 8. 2005. С. 465–514.
- Åkerblad D.* 1813: Iscrizione greca sopra una lamina di piombo trovata in un sepolcro nelle vicinanze di Atene. Roma.
- Audollent A.* 1904: Defixionum tabellae quotquot innotuerunt tam in Graecis orientis quam in totius occidentis partibus praeter Atticas in Corpore Inscriptionum Atticarum editas. Luteciae Parisiorum.
- Betz H.D. et al.* 1992: The Greek Magical Papyri in Translation, Including the Demotic Spells. 2nd ed. ed. Chicago.
- Bonner C.* 1950: Studies in Magical Amulets, Chiefly Graeco-Egyptian. Ann Arbor: University of Michigan Press.
- Brashear W.M.* 1995: The Greek Magical Papyri: An Introduction and Survey with an Annotated Bibliography // ANRW. 1995. II 18.5. S. 3380–3684.
- Brodersen K.* 2001: Briefe in die Unterwelt. Religiöse Kommunikation auf griechischen Fluchtafeln // Kai Brodersen (Hrsg.): Gebet und Fluch, Zeichen und Traum. Aspekte religiöser Kommunikation in der Antike (= Antike Kultur und Geschichte 1). Münster u. a.
- Brodersen K., Kropp A. (Hrsg.)* 2004: Fluchtafeln. Neue Funde und neue Deutungen zum antiken Schadenzauber. Frankfurt am Main.
- Caloru O.* 2011: Old and new magical inscriptions // ZPE. 176. 2011. S. 135–138.
- Chaniotis A.* 1992: Watching a Lawsuit: A New Curse Tablet from Southern Russia // GRBS. 33. 1992. P. 67–73.

- Clerc J.-B.* 1995: *Homines magici: Étude sur la sorcellerie et la magie dans la société romaine impériale* (Publications Universitaires Européennes 3: Histoire et sciences auxiliaires de l'histoire 673). Bern; Berlin; Paris.
- Collins D. (Ed.)*. 2008: *Magic in the Ancient Greek World*. Blackwell.
- Dain A.* 1933: *Inscriptions grecques du Musée du Louvre*. Paris.
- Daniel R.W. and Franco Maltomini (Eds.)*. 1990: *Supplementum Magicum 1* (Abhandlungen der Nordrhein-Westfälischen Akademie, Sonderreihe Papyrologica Colonensia 16:1). Opladen.
- Daniel R.W. and Franco Maltomini (Eds.)*. 1992: *Supplementum Magicum 2* (Abhandlungen der Rheinisch-Westfälischen Akademie, Sonderreihe Papyrologica Colonensia 16:2). Opladen.
- Delatte A., Derchain Ph.* 1964: *Les intailles magiques greco-égyptiennes*. Paris.
- Dickie M.* 2001: *Magic and magicians in the Graeco-Roman world*. Routledge.
- Diehl E.* 1923: *Defixionum ostraca duo* // *Latvijas universitātes raksti*. T. VI. Rīga.
- Diehl E.* 1931: *Magica Bosporana* // *Latvijas universitātes raksti*. Filoloģijas un filosofijas fakultātes sērija. T. I. 7. Rīga.
- Dieterich A.* 1901: *ABC-Denkmler* // *RhM*. 56.
- Дложевський С.С.* 1930: *Епіграфічні дрібниці* // *Вісник Одеської комісії краєзнавства*. Ч. 4–5. Одеса. 4–5. 1930.
- Dornseiff F.* 1935: *Das Alphabet in Mystik und Magie*. Berlin.
- Dubois L.* 1996: *Inscriptions grecques dialectales D'Olbia du Pont*. Genève.
- Eidinow E.* 2007: *Oracles, Curses, and Risk Among the Ancient Greeks*. Oxford University Press, New York: Oxford University press.
- Faraone Ch. A., Obbink D. (Eds.)*. 1991: *Magika Hiera. Ancient Greek Magic and Religion*. New York: Oxford University press.
- Fowden G.* 1986: *The Egyptian Hermes: A Historical Approach to the Late Pagan Mind*. Cambridge.
- Gager J.G.* 1992: *Curse Tablets and Binding Spells from the Ancient World*. Oxford.
- Graf F.* 1997: *Magic in the Ancient World*. Cambridge, Mass.
- Héron de Villefosse A.* 1905: *Compte-rendu de la séance du 15 novembre* // *Bulletin de la Société Nationale des Antiquaires de France*. 1905. P. 312–313.
- Jordan D.R.* 1978: *A Graffito from Pantipacaeum* // *ZPE*. 30.
- Jordan D.R.* 1997: *An Address to a Ghost at Olbia* // *Mnemosyne. Fourth Series*. Vol. 50. Fasc. 2 (Apr., 1997). P. 212–219.
- Jordan D.R.* 1985: *A survey of Greek Defixiones not Included in the Special Corpora* // *GRBS* 24. P. 151–197.
- Jordan D.R.* 1987: *A Greek Defixio at Brussels* // *Mnemosyne*. Vol. 40. Fasc. 1–2.
- Jordan D.R.* 2000: *New Greek Curse Tablets (1985–2000)* // *GRBS*. 41. P. 5–46.
- Kagarow E.G.* 1929: *Griechische Fluchtafeln*. (Eos Suppl. 4). Leopoli.
- Kotansky R.* 1994: *Greek Magical Amulets*. Opladen.



- Kropp A. 2008: Magische Sprachverwendung in vulgärlateinischen Fluchtafeln (defixiones). Narr, Tübingen.
- Lebedev A. 1996: Pharnabazos, the Diviner of Hermes. Two Ostraka with Curse Letters from Olbia // ZPE. Bd. 112. S. 268–278.
- Lebedev A. 1996b: The Devotio of Xanthippos. Magic and Mystery Cults in Olbia // ZPE. Bd. 112. P. 279–283.
- Lenormant Fr. 1854: De tabulis devotionis plumbus Alexandrinis // RhM. NF IX.
- Luck G. 1985: Arcana Mundi – Magic and the Occult in the Greek and Roman Worlds. Baltimore: The Johns Hopkins University Press.
- Mastrocinque A. 2007: Lamps with defixiones // GRBS. 47. P. 87–99.
- Merkelbach R. 1992: Abrasax. Ausgewählte Papyri religiösen und magischen Inhalts, vol. 3: Zwei griechisch-ägyptische Weihezeremonien [Die Leidener Weltschöpfung. Die Pschai-Aion-Liturgie] (Abhandlungen der Rheinisch-Westfälischen Akademie der Wissenschaften. Sonderreihe Papyrologica Coloniensia 17:3). Opladen.
- Merkelbach R. und Maria Totti 1990: Abrasax. Ausgewählte Papyri religiösen und magischen Inhalts, vol. 1: Gebete (Abhandlungen der Nordrhein-Westfälischen Akademie, Sonderreihe Papyrologica Coloniensia 17:1). Opladen.
- Merkelbach R. und Maria Totti 1991: Abrasax. Ausgewählte Papyri religiösen und magischen Inhalts, vol.2: Gebete (Fortsetzung) (Abhandlungen der Nordrhein-Westfälischen Akademie der Wissenschaften. Sonderreihe Papyrologica Coloniensia 17:2). Opladen.
- Meyer M. and Mirecki P. (Eds). 1996: Ritual Power in the Ancient World. Leiden.
- Muñoz Delgado L. 2001: Léxico de magia y religión en los papiros mágicos griegos. Diccionario Griego-Español. Anejo V. Madrid.
- Ogden D. (Ed.) 2002: Magic, Witchkraft, and Ghosts in Greek and Roman Worlds: A Source Book. New York: Oxford University press.
- Otto B.-Ch. 2011: Magie. Rezeptions- und diskursgeschichtliche Analysen von der Antike bis zur Neuzeit (Religionsgeschichtliche Versuche und Vorarbeiten 57). Berlin u. a.
- Peek W. 1941: Inschriften. Ostraka. Fluchtafeln // Kerameikos. Bd. 3. Berlin.
- Pharmakowsky B. 1907, 1908, 1912: [Funde aus]Russland //AA. 22 (1907), 23 (1908), 27 (1912).
- Preisendanz K. 1927: Die griechischen Zauberpapyri //AfP. 8.
- Preisendanz K. 1928-1935: Die griechischen und lateinischen Zaubertafeln // AfP. 9 (1928), 11 (1935).
- Preisendanz K. 1930: Der Stettiner Sargzauber // Forschungen und Fortschritte. 6.
- Preisendanz K. 1972: Fluchtafel (Defixion) // RAC. 8. Sp. 1–29.
- Preisendanz K., Henrichs A. (Hrsg). 1973–1974: Papyri Graecae Magicae: Die griechischen Zauberpapyri. 2te Aufl. Stuttgart.
- Reitzenstein R. 1904: Poimandres. Studien zur griechisch-ägyptischen und frühchristlichen Literatur. Leipzig.
- Robert J. et L. 1978: Bulletin epigraphique // REG. T. 91.

- Tambiah S. J.* 1968: The Magical Power of Words // *Man*. 3. 1968. P. 175–208 (=Tambiah S. J. *Culture, Thought, and Social Action. An Anthropological Perspective*. Cambridge, Mass.: Harvard University Press, P. 17–59).
- Tambiah S. J.* 1985: *Culture, Thought, and Social Action. An Anthropological Perspective*. Cambridge, Mass.: Harvard University Press.
- Tambiah S. J.* 1990: *Magic, Science, Religion, and the Scope of Rationality*. Cambridge.
- Tokhtas'ev S.R.* 2009: A new curse on a lead plate from the North Pontic region // *ACSS*. 15. C. 1–3.
- Tremel J.* 2004: *Magica Agonistica. Fluchtafeln im antiken Sport (Nikephoros-Beihefte Nr. 10)*. Hildesheim.
- Tupet A.-M.* 1976: *La magie dans la poésie latine vol. I. Des origines à la fin du règne d'Auguste*. Paris.
- Versnel H.S.* 2009: Fluch und Gebet – magische Manipulation versus religiöses Flehen? Religionsgeschichtliche und hermeneutische Betrachtungen über antike Fluchtafeln (= Hans-Lietzmann-Vorlesungen 10). Berlin u. a.
- Vinogradov Y. G.* 1990: Côte septentrionale du Pont // *Bulletin epigraphique* // *REG*. 103.
- Vinogradov Y. G.* 1994: New inscriptions on lead from Olbia // *Ancient Civilization from Siberia to Scythia*. Vol. 1. №1. P. 103–111.
- Vinogradov Y.G., Rusjaeva A.S.* 1998: *Phantasmomagica Olbiopolitana* // *ZPE*. Bd. 121. S. 153–164.
- Wuensch R.* 1897: *Defixionum tabellae Atticae. Appendix corporis inscriptionum Atticarum*. Berolini.
- Wünsch R.* 1900: Neue Fluchtafeln // *RhM*. 55. S. 62–85 und 232–271.

